



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

107. An in prohibitione celebrandi post meridiem detur paruitas materiae?  
Ex p. 5. tr. 5. res. 58. ibid.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. CV.

An Sacerdos, paulo post meridiem possit Missam dicere? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 105.

§. 1. Tempus legitimum celebrandi est antemeridianum, ita vt ante meridiem inchoari debeat Sacrum, & sic negatiue quidam respondit in casu contingenti ad dubium presentis resolutionis. 2. Verum ego contrarium docui, per ea que adducit Ioannes Prapostitus in 3. part. D. Thom. q. 83. art. 2. dub. 4. n. 143. vbi sic ait: Plures recentiores norant nos non debere esse magnopere anxios de meridia, sed paulo post meridiem posse Sacrum celebrari, quia res hæc moralis, quæ non est lege determinata, non definitur termino indiuisibili ex ipsa consuetudine, & parum reputatur pro nihilo. Sic ille.

RESOL. CVI.

An quis licite possit dicere Missam vsque ad primam horam post meridiem?

Et non est dubitandum, quod ratione itineris possit Missa celebrari ad primam horam post meridiem; & in solemnibus festis quando officium finitur ad horam secundam, in ea possit Missa inchoari, vt populus vel pars populi audiat in illa hora Missam. Ex part. 5. tract. 13. Ref. 7.

§. 1. Dicam quid sentiat Philippus de la Cruz in su Norte de Confesores, tr. 10. §. 3. corol. 2. fol. mibi 161. vbi sic ait: Halta medio dia, que son las doze se puede dezir Missa sin opinion. Lo que haze dificultad es saber si se puede dezir Missa despues de ellas, y no comprehendemos los Obispos, Patriarcas, Arcebispos que pueden dezir Missa antes de amanecer, y despues de medio dia, y dar licencia para dezir Missa a esta hora, y antes que amanezca, y de noche por alguna causa de necesidad, segun lo tiene Paludano, y san Antonio, y lo que por epiqueya sin licencia del Obispo interueniendo alguna necesidad celebran en los dichos tiempos, como lo resuelue Nauarro: No hablamos tampoco de quando ay alguna fiesta principal, y se acaba el Officio à la dos, se puede dezir Missa porque no queda el pueblo, ò parte del sin oyra. O quando alguna camina que podra llegando cerca de la vna dezir Missa, como no sea despues, segun lo tiene Manuel Rodriguez. Supuesto lo dicho podrase dezir Missa dadas las doze, hasta la vna sin exceder mas. Assi lo vemos puesto en vfo, y que los Pontifices lo venzy los Obispos aqui en es de officio les compete su dispensacion, no hablan sino que lo permiten, y puesto que no hemos de andar midiendo los tiempos, y no consistir in diuisibiles, y que los relojes no siempre andan vniformes, antes siempre sucede vnos andar media hora antes, ò despues de otros, y assi serà quedando el vltimo las doze, à la media hora despues del primero vendrà à ser, que respo del vltimo, aunque la Missa se diga à la vna, serà en orden al primero relojio las doze y media. Non obstante esta razon, sino por las antecedentes se puede dezir generalmente hasta la vna, y si de aqui se excediese el Sacerdote peccaria mortalmente. Hæc ille, qui magis ample loquitur, quam Ioannes Prapostitus; quem citauit in 4. pr. 4. ref. 105. Sed contrariam sententiam docent communiter Doctores.

Tom. II.

RESOL. CVII.

An in prohibitione celebrandi post meridiem detur paruitas materia? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 58.

§. 1. Hanc questionem, me citato in tract. de celebrat. Miss. resol. 34. pertractat P. Lugo de Sacram. Euchar. disp. 20. sect. 1. n. 37. & dicit tempus prohibitionis ne celebretur post meridiem, non esse accipiendum mathematicè, sed moraliter. Vnde aliqui dicunt posse tertia parte horæ post meridiem inchoari Missam. Alij extendunt ad semihoram, alij ad tres ferè quadrantes, alij ad horam non integram. Verum ipse Lugo non excusat ita celebrantes propter paruitatem materiae, sed quia quod intra illum terminum fit, reuera intra debitum terminum & tempus fit obligationis. Sed Bonacina de Sacram. disp. 4. quest. vlt. punct. 9. n. 9. videtur supradictos exulare ratione paruitatis materiae, ex exemplo quod adducit de laborantibus in diebus festiuis: sic enim asserit: Mihi via incedenti ad peccatum mortale videtur requiri spatium trium quadrantum, vel etiam horæ, sicut enim spatium horæ sufficit ad contrahendum mortale peccatum, quoties opera seruilia in die festo exercentur; ita si quis per horam post meridiem non perficiat Missam, non videtur à mortali excusandus p̄tacia iusta causa. Ita ille.

2. RESOL. LVIII. pag. 158. in fine resol. adde: Et idem videtur docere Fagund. pr. 1. lib. 3. c. 18. n. 6. vbi videtur agnoscere paruitatem materiae ex parte temporis in celebratione Missæ; nam postquam dixit esse peccatum mortale notabiliter ante auroram sacrificare, subdit. Videndum nunc est, quænam sit ista notabilitas, vt inde mortale, vel non mortale colligamus. Et adducit Azorium tom. 1. lib. 10. c. 25. q. 6. dicentem; tertiam partem horæ esse tempus notabile ante lucem, & sufficere ad peccatum mortale. Et Henric. lib. 9. c. 14. n. 5. in fine, dicentem dimidium horæ ante lucem sufficere ad peccatum mortale, quam sententiam ipse Fagundez sequitur, vnde videtur indicare minus spatium temporis sufficere ad peccatum veniale, non ad mortale. Sed circa presentem questionem ne deseras videre vbi supra Lugum inter Theologos nostri temporis nemini secundum.

Que hic est supra Resol. 104. & in multis aliis eius primæ not.

Sup. hoc supra in Ref. 101. §. 1. & 2. & in Resol. 103. §. Sed his ad lin. 7. & in tom. 9. tr. 7. Ref. 49. §. Etenim, & seqq.

RESOL. CVIII.

An possit Sacerdos incipere Missam vna hora integra post meridiem sine privilegio, & causa?

Et notatur posse aliquando differri Missam vsque ad horam Nonam, & primo hoc facere possunt Religiosi, non tamen absolute, sed ratione itineris, vel ex alia iusta causa.

Secundo an in funere Regis, aut Principis possit Missa incipi ante meridiem, & protrahi vsque ad Vesperas, vel Nonam, vel quartam horam post meridiem: & quando Episcopus sacros celebrat Ordines, tunc enim licitum est incipere Missam post Vesperas, aut Nonam si actus Ordinis ante meridiem captus est, eademque ratio est in Sabbatho Sancto.

Tertio ratione itineris, aut alterius necessitatis, an possit inchoari Missa à quolibet Sacerdote vna hora post meridiem.

Et tandem queritur, an si Sacerdos in casu sibi non concesso celebraret duas, vel tres horas post meridiem, & aliquis audiret ealem Missam, an ille satisfaceret præcepto de audienda Missa in die festo?

Et quo quis potest deducere quoddam absurdum, sed dissoluitur, videlicet, an quis possit satisfacere præcepto

F